





17. Ch. n. 78. 27. 1718
Q. D. B. V.

DE

24. 12

TRANSACTIONE
EX 1718 12
FALSA CAUSA

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRIOCIPE AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO

PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS SAXONICI
HEREDE ETC.
PRAESIDE

GODFR. LVDOV. MENCKEN, D.

P. P. ET FACULTATIS IVRIDICAE H. T. DECANO

IN ACADEMIA WITTEBERGENSI

D. XXX. NOVEMB. A. MDCCXVIII.

IN AVDITORIO ICTORVM

H. L. Q. C.

PVBlice DISPVTABIT

JOHANN. GEORG. ADOLPH.

de HELDENREICH

EQV. LVSAT.

WITTENBERGAE, STANNO GERDESIANO.



DE
TRANSACTIONE

EX
FALSA CAUSA

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINO

FRIEDERICO AUGUSTO

PRINCIPIS REGIO ET ELECTORATUS SAXONICUS
HEREDIS ETC.

PRÆSIDE

GODFR. LYDOW MENCKEN, D.

PROFESSORIS JURIS ET DECANI

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI

DE JURE NOSTRI SACRÆ

IN AUDITORIIS JUDICII

H. L. O. C.

PRÆSIDI

JOHANN. GEORG. ADOLF.

DE RECHENREICH

PROF. JURIS

WITTENBERGÆ STANS. GER. JANO



ILLVSTRISSIMIS ATQVE GENE-
ROSISSIMIS
LVSATIAE SVPERIORIS
ORDINIBVS
PROVINCIALIBVS
AC
PROCERIBVS SINGVLIS
VIRIS
SVMMIS VIRTVTVM ORNAMENTIS
MERITORVM ETIAM MAGNITVDINE
AC INCREDIBILI NVMERO
IMMORTALEM NOMINVM GLORIAM
PRIDEM ADEPTIS
LAETAS OMNIVM FORTVNARVM
ACCESSIONES
PROSPEROS CONSILIORVM EVENTVS

EXOPTATISSIMOSQUE RERVM GERENDARVM SVCCESVS

PRECATVR

ATQVE

ILLORVM SPLENDIDISSIMIS NOMINIBVS

HOC ACADEMICI LABORIS SPECIMEN

EX ANIMO GRATISSIMO DEDITISSIMOQVE

NON MINVS SACRAT AC DICAT

SACRATVMQVE ET DICATVM

DEMISSE OFFERT

QVAM

TANTAE ILLORVM BENEVOLENTIAE

QVANTA POTEST VIRIVM CONTENTIONE

SE PORRO

COMMENDAT

JOHANN GEORG. ADOLPH, de HELDENREICH.

§. I.



ransactio contra lites saluberrimum *Trans-*
est remedium, cum res pericu- *actio fa-*
losissima sit in litem descendere, *uore di-*
non saltem propter dubium ejus *gna nec*
eventum, sed & propter maximas *facile re-*
molestias quae inde nascuntur, *scinden-*
CARPZ. L. III. Resp. 35. & P.I.C. 1. Def. 9. *da.*

seqq. VVVRMSER. & HARTMANN, L. II. Obs. 7. n. 5. ut uerecun-
da cogitatio ejus uideatur, qui lites execratur. L. 4. §. 1.
ff. de alien. Jud. mur. caus. fact. FRANZK. L. 3. Res. 20. n. 38.
Transactionibus uero taedia in judiciis litigantium praecaueri possunt, imo per transactionem saepissime obtinetur, quod per sententiam denegatur. *L. 51. ff. d. pecul. Ziegl. Dicastice Concl. 22. §. 2. Est enim transactio introducta litium finiendarum causa, eaque inita amplius non datur nec poenitentiae nec Processui locus. JOSEPH. LVDOV. Dec. Perus. 18. n. 38. Et primarius transactionis effectus in eo consistit, quod litium materiam praecidat; qua in re non minorem habet uim, quam sententia & Jusjurandum, L. 20. C. d. Transact. L. post rem. ff. Rejudicat. L. 2. ff. de Jurejurand. COLLEG. ARGENTORAT. L. II. Tit. 15. §. II. BERGER. Oecon. Jur. L. IV. Tit. 34. §. 4. ARISMINVS TEPATIVS Decif. P. III. Tit. 361. C. 8. JOH. KOEPPEN Dec. 58. n. 3. tantamque firmitatem litium sopitarum fauore, ut ne quidem Imperiali Re-*

A scripto

scripto resuscitandae sint causae ita finitae. *L. 16. C. de Transact. Jo. VOET. ad ff. Tit. de Transact. §. 1. OZAS. Dec. 91. n. 7.* Quid, quod pro transactione omnis capienda interpretatio, *Text. in L. frat. & in L. causas de Transact. MANTIC. de Tacit. L. 26. T. 9. n. 29. ROT. Decif. 15. n. 6. part. 2. & Decif. 86. n. 23. part. 6.* ac in dubio ipsius ualiditas atque iustitia adesse praesumitur. *BERO Consil. 176. n. 5. seqq.* Et quis neget Reipublicae interesse lites quam primum dirimi. *l. 1. ff. d. Usucap. PARTH. LITIGIOS. L. 1. c. 4. PAUL. MONTAN. d. tutel. c. 33. n. 254.* Inde leges jubent, ut iudices prae omnibus partes de amabili transactione admonent *L. 21. in ff. d. R. C. l. f. X. d. Transact. C. 1. X. d. mut. petit. C. 15. X. d. Simon. C. 23. qu. 4. C. 1. C. 7. Dist. 90. C. 5. X. d. Dol.* quod & consuetudine non tantum in Germania, sed & in Gallia & Italia receptum esse testatur, *GAIL. L. II. de Pace Publ. C. 18. n. 6. seqq.* adeo ut Iudex mortaliter peccare dicatur, qui non tentat transactionem inter partes. *MEV. ad J. Lub. f. 868.* Et quanquam Iudex partes ad ineundam transactionem regulariter cogere non possit *CARPZ. P. 1. C. 1. D. II. multorum tamen & celebrium Ictorum iudicio poterit, imo etiam tenetur, si magno populi scandalo lis protrahatur. SONNEMAN. in Jure Nouell. N. 123. C. 10. n. 8. seqq. N. 124. C. 4. n. 4. BRVNNEMAN. Jur. Eccles. L. III. C. 1. §. 15.* plures referunt casus *LAVTERBACH. in Coll. ad ff. T. d. Transact. §. 2. & GAIL. d. l. n. 9. seqq.*

§. II.

Praesupponit tamen Requistia. Est autem transactio rei dubiae conuenta, & non gratuita decisio. *L. 65. §. 1. ff. d. Cond. indebit. L. 1. ff. L. 2. ff. L. 15. l. 17. l. 38. C. de Transact. LAVTERB. in Coll. ff. eod. tit. §. 4. GAIL. 2. obs. 70. n. 12. & obs. 71. n. 1.* Quemadmodum vero

vero donatio vel pacto perfici potest, vel stipulatione vel denique traditione, ita quoque res sese habet in transactione, GERHARD. NOODT. *ad Edict. Praetor. de pactis & transaction. libr. singul. cap. 3.* quae quandoque annumeranda pactis, si nudus adsit uoluntatis consensus, in obligationem constituendam directus, conf. SCOTAN. *Exam. Jurid. Tit. d. Transact.* HVNNIVS *Tr. d. Transact. cap. 1. Ex. 2.* quandoque stipulationi, si interuenerit uerborum solennitas; aliquando etiam contractibus innominatis, si datione uel facto sit constituta. *L. 4. L. 6. L. 15. L. 17. C. d. Transact.* JO. VOET. *ad ff. d. Tit. §. 1.* Quocumque autem modo contrahatur, certa praesupponit requirita, sine quibus nulla transactio subsistit. In omni enim transactione requiritur. I. Dubietas causae *L. 1. ff. d. Transact.* II. Partium Consensus *d. L. 1. & L. Si diuersa C. d. Transact.* & praestatio aliqua, aut obligatio ad praestationem, ne gratis dimisso reo magis donatio, quam transactio celebrata uideatur. *L. 38. de Transact.* DECIANVS *Vol. 4. Resp. 56. n. 58.* PEREZ. *ad ff. d. Transact. p. 60. pr.* Cum itaque res dubia transactioni inesse dicitur, ea hac *An etiam* ex causa omnino distinguitur a donatione. *Lauterb. d. l. in re certa §. 18.* Quae enim penitus sunt certa ac iudicata remitti *locum habent* possunt, transactionem non admittunt *C. 1. X. d. trans- beat trans act. L. 1. ff. de Transact. L. 23. ff. d. cond. ind. L. 7. C. cod. AN- actio.*

GEL. CELSVS *Decis. 335. n. 6.* BERLICH. *P. 2. Decis. 263.* TIBER. DECIANVS *Vol. IV. Resp. 56. de Legitima ac tutela.* Bene tamen monet STRYCKIUS, pactis hodie eandem obligandi uim inesse, quae transactioni inest, adeo ut, si negotium ob rei certitudinem pro transactione haberi nequeat, per modum pacti sustineri possit. *d. Cautel. Contract. Sect. III.*

A 2

C. 7.

C.7. §. 3. *seqq.* Pacta enim Jure Germanorum de re siue certa siue incerta indistincte sunt ualida, ZOES. *ad ff. T. de Transact. n. 10.* GROENVEG. *ad L. 32. C. d. Transf. & STRYCKIUS in Us. M. T. d. Transact. §. 8.* recte concludit; hodie non adeo laborandum esse, an pactum adfit, an transactio cum ex illo aequae ualidum Jus agendi nascatur, supposita pacifcentium scientia & certo consensu.

§. III.

Quod si praedicta transactionis requisita non adfunt, ea aut rescinditur, aut ipso jure nulla est. Rescindi etiam *An Remedium L. 2. ob laesionem ultra dimidium potest. Quae quidem sententia quam maxime controuertitur a DD. & aequalibus fere pugnatur uotis. Sunt enim alii, qui indistincte remedium Legis 2. C. d. Rescind. Vendit. ad Transactionem transferunt, sunt alii qui indistincte contrarium defendunt. Utriusque opinionis auctores magno refert numero ANT. GABR. L. III. Tit. d. Emt. Vend. Concl. I. n. 68. seqq. BERNH. GRAEV. L. II. Concl. 70. ARIUS PINELLVS in L. I. C. d. Rescind. Vend. P. I. C. 4. n. 13. & FACHIN. L. II. Contr. c. 26. BERLICH. P. II. Concl. 42. n. 3. seqq. alii DD. hoc certamen distinctione componere student; an nimirum laesio dimidium modico aliquo tantum, an magno excessu excedat. COTHMANN Vol. I. Resp. 30. n. 265. & 266. KLOCK. 2. Conf. 57. n. 18. Plane negat hoc remedium L. 2. C. de Rescind. Vendit. Jure Ciu. ad transactionem transferri GAIL. L. 2. obs. 70. MANZIUS in Cent. Decad. 446. n. 5. MEV. P. I. Dec. 30. n. 2. MYNS. L. I. C. 33. THOM. GRAMMAT. Dec. 66. n. 47. seq. p. 144. MANTIC. d. tac. & ambig. conuent. L. 24. Tit. 9.*

An Remedium L. 2. ob laesionem ultra dimidium potest. Quae quidem sententia quam maxime controuertitur a DD. & aequalibus fere pugnatur uotis. Sunt enim alii, qui indistincte remedium Legis 2. C. d. Rescind. Vendit. ad Transactionem transferunt, sunt alii qui indistincte contrarium defendunt. Utriusque opinionis auctores magno refert numero ANT. GABR. L. III. Tit. d. Emt. Vend. Concl. I. n. 68. seqq. BERNH. GRAEV. L. II. Concl. 70. ARIUS PINELLVS in L. I. C. d. Rescind. Vend. P. I. C. 4. n. 13. & FACHIN. L. II. Contr. c. 26. BERLICH. P. II. Concl. 42. n. 3. seqq. alii DD. hoc certamen distinctione componere student; an nimirum laesio dimidium modico aliquo tantum, an magno excessu excedat. COTHMANN Vol. I. Resp. 30. n. 265. & 266. KLOCK. 2. Conf. 57. n. 18. Plane negat hoc remedium L. 2. C. de Rescind. Vendit. Jure Ciu. ad transactionem transferri GAIL. L. 2. obs. 70. MANZIUS in Cent. Decad. 446. n. 5. MEV. P. I. Dec. 30. n. 2. MYNS. L. I. C. 33. THOM. GRAMMAT. Dec. 66. n. 47. seq. p. 144. MANTIC. d. tac. & ambig. conuent. L. 24. Tit. 9.

Tit. 9. CHRISTIN. Vol. 2. Decis. 97. n. 1. PEREZ. in C. d. Resc. Vend. n. 16. Allegant in primis ad hanc opinionem confirmandam. L. 78. §. ult. ff. ad Scctum Trebell. ubi, licet quadruplo plus sit in haereditate, quam transigentes putauere, tamen si transactione confectum, negotium non posse retractari, dicitur. Deinde urgent liberationis fauorem maximum esse, adeo, ut in transactione non habeat locum poenitentia. MARC. de MANT. sing. 659. Pro eadem sententia facit, quod transactio rescindi nequeat speciali Imperatoris rescripto L. Causas 16. C. d. Transact. ex quo inferunt, nec per L. 2. tanquam per rescriptum generale rescindi posse; tandem obijciunt transactionem comparari Jurijurando L. 2. L. 31. de Jurejur. imo etiam rei iudicatae L. non minorem 20. C. d. Transact. conf. JOH. CEPHAL. L. 4. Conf. 496. n. 8. p. 150. ARVMAEVUS ad d. l. 2. SCHILTER. ad Pand. Ex. 9. §. 14. & ne minori quidem indulgeri posse, restitutionis titulo contendunt CYN. in L. 2. C. d. Resc. Vend. ALEXAND. L. 1. Conf. 42. n. 11. ZASIUS L. 1. Conf. 18. n. 16.

§. IV.

Ex hisce liquido uolunt adparere enormem laesionem transactionem non infringere; Me tamen haec non commouent, ut alteram sententiam relinquam. Cum enim remedium L. 2. all. in Contractibus communiu-
 tatiuis absque controversia locum habeat, cur non & ad transactionem accommodaretur L. Si superflite. C. de Dolo
 mal. CARPZ. P. II. C. 34. D. 1. n. 11. imo eadem humanitas & aequitas, quae in emtione, uenditione, aliisque contractibus requiritur, militat quoque in transactione, in qua litis quasi aestimatio instituitur, L. 7. §. 1. ff. d. publ. in rem act. L. 1. §. 3. ff. pro emt. ut non uideam, cur non laesionis ratio etiam hoc loco debeat haberi. Laesio enim ultra
 A 3 dimi-

dimidium ipsa dolum ex re quodammodo continet. *L. 17. §. 4. ff. d. Instit. act. Bart in L. Si societatem §. arbitrorum uers. sed potest probari ff. pro Soc. R. VIN. Conf. 135. n. 13. DEC. Consil. 180. n. 37. RICHTER P. 2. Dec. 99. n. 54. seqq. SCOTAN. D. 17. th. 25. CRAVETT. Conf. 818. b. 8. CAEVALL. Specul. Pr. quaest. comm. contra commun. qu. 72. uers. sed uerius. PINELLVS in L. 2. C. d. Resc. Vend. VALERON. Tr. d. Transact. Tit. 6. qu. 2. n. 5. Dolus autem ex re, & dolus ex proposito equiparantur in Transactione, quando quis in ea enormissime fuit laesus. GRAEVE Consil. 7. n. 5. & Consil. 192. n. 1. seqq. Conf. RICHTER P. 2. Dec. 99. n. 54. STRYCK. *Uf. Mod. in f. b. STRUV. b. MYNSINGER. Centur. 1. obs. 33.* Neque transactio absolute stricti juris est, sed bonam fidem requirit, quae non patitur, ut ultra dimidium quis in ea laedatur, cum id, quod in litem deducitur, quasi pretio redimatur. *L. 7. §. 1. ff. d. Publ. in rem act. ANT. FABER. ad Tit. d. rescind. uend. def. 1. n. 30. FRANCISC. VEGIVS Consil. 41. n. 14. seq. D. VVERNHER. obseru. Forens. P. 1. obs. 177. n. 5.* Quod ad rescriptum Principis spectat Imperator in *all. Textu* notabiliter dicit: *Tò legitimis.* Iraque de tali agit transactione, quae legitime est facta, in qua altera pars non immodice laesa fuit. Nec obstat transactiones miri de re dubia, in qua nulla ostendi possit laesio. Sufficit enim, quod euentus ex post facto liquido demonstrare possit laesionem, forte ob repertas post transactionem quittanceas, aut alias ob causas, ex quibus de laesione constare potest. uid. STRYCK. *ad LAVTERB. p. 555. & in Uf. Modern. T. de Transact. §. f.* Quemadmodum etiam dolus ipsam transactionem iurata uitiat, de quo elegans exhibet *Responsum STRYCK. in Cautelis Contractuum Sect.**

7
Sect. III. C. 7. §. 19. Quod uero etiam rei iudicatae com-
paretur transactio, id secundum quid, non simpliciter,
fieri dixerim, neque ad excludendum hoc aequissimum
remedium extendi debere.

§. V.

Hanc sententiam, quam etiam defendit BARTOL. in *Quod in*
L. Si quis cum aliter. n. 5. ff. d. V. O. in summis Hispaniae Saxonia
& Galliae, aliorumque locorum Curii pronunciando re-
observa-
cepram ac comprobata esse, refert ARIUS PINELLVS *add. tur.*
L. 2. C. P. 1. C. 4. n. 15. it. Jure Würtembergico P. 2. Jur.
Prou. C. 22. uerb. Welcher in gültlichen Verträgen / uid.
VVOLFFG. *ad LAVTERBACH. in Different. Jur. Prouinc. Wür-*
tenb. & Commun. th. 23. & aliorum locorum usu obtinere do-
cent. BERLICH. *P. 2. Concl. 42. Jusj. KLOCK. 2. Conf. 51. n. 55.*
ALVARIUS VALASCUS *T. 1. Consuet. 18. n. 7. De Lusitania,*
GEORG. d. CAVEDO *Decis. Suprem. Senat. Regn. Lusitan. Decis. 70.*
f. 79. De Bononia, LVDOVIC. Post. Decis. 73. n. 23. f. 199. de Hispan.
COVARRVV. *Var. Ref. T. IV. L. II. c. 1. de Gallia PINELLVS de Emt.*
uend. P. 1. c. 4. n. 12. STEPHAN. RANCHINI P. 4. Concl. 438. artic.
50. p. 181. j. P. I. Concl. 119. f. 170. REBVEF. in Constit. regis
in Tit. d. praecon. & licita in f. Id. in Tit. d.
resciss. contr. artic. 112. fol. 15. n. 38. de Florentia,
testantur ROTA *Decis. 151. n. 1. part. 17. JOSEPH. URCEOL. De-*
cis. 30. n. 32. f. 159. Consensum Juris Marchici demonstrat
JOACH. SCHEPLIZ. *in promtuar. Juris ad BALTHAS.*
CLAMMER. *Germ. epit. Juris tit. 14. §. 5. Palatini*
Ebur. *Ps. Lands-R. P. II. T. 13. p. 23. Cluensis,*
Jülichsch Lands-R. *P. II. T. 10. Vide omnino D. JOH. PETR.*
LVDDVIG *in Dissert. d. Jur. retractand. transact. nov. instrum.*
reperit. In foro Saxonico non tantum juxta interpretes
Juris

Juris Saxonici, quos sequitur WESEMB. in paratitl. ff. d. Transact. in. f. & usum pronunciandi consuetudinemque Scabinorum ac Curiarum idem obseruatur, uid. *Consult. Const. Saxon. Tom. I. P. I. qu. 12. & qu. 39.* RICHTER. P. 2. Dec. 99. n. 54. fed & Ser. Electoris Saxoniae *Const. 34. P. II.* confirmatum est: **Unsere Schöppen: Stühle sind bisshero dessen einig gewesen / daß die Disposition L. 2. C. d. Resc. Vend. auch in transactione statt haben soll ic. secundum quam Constitutionem etiam extra Electoratum pronunciatur, ut testatur DAN. MOLL. ad d. Const. 34. n. 1. & PET. HEIG. P. II. qu. 9. n. 27. uid. n. 4. diuersas tamen limitationes adiecit RICHTERVS in Part. II. Decis. 99. n. 55. seqq.**

Nulla reddi-
ditur

Transactio
ob defici-
entem
consensum

§. VI.

Plane autem nulla redditur transactio, ob defectum consensus. Consensu enim constare debet Transactio; libero arbitrio & uoluntate, nullo cogente imperio L. 41. L. 20. C. d. Transact. hinc inuitus ad eam cogi nequit, utpote quae libera esse debet, L. 13. eod. L. 2. §. tametsi L. diem. §. stari. ff. de recept. qu. arbitr. uti ab initio omnes sunt Contractus L. 5. C. d. O. & Act. exceptis tamen casibus nonnullis, quos refert MEV. P. I. Dec. 224. Perinde omnem excludit errorem L. 29. C. de Transact. ac propter uim & metum cadentem in constantem uirum, rescinditur, imo nulla etiam redditur transactio, L. interpositas C. de Transact. LYDOV. MOLIN. de Contractibus Disp. 556. n. 17. VINN. de Transact. C. 4. n. 1. ZASIVS L. 1. sing. Respons. C. 13. Quae uero per consensus defectum est inanis, adueniente consensu, puta per ratificationem uim acquirit. AFFLICT. Dec. 220. n. 7.

Hoc

Hoc quoque ex fundamento ad non cogitata trans-
 actio non extenditur *L. 31. C. d. transact. L. tres fratres 35.*
ff. d. pactis. WESEMB. P. II. Conf. 74. n. 66. ANGEL. CEL-
sus Decif. 122. n. 8. p. 134. Conf. HULD ab EYBEN Exer-
cit. de Jure pacif. th. 14. lit. g. p. 746. cum actus ultra in-
tentionem contrahentium nil ualeat operari, L. 19. pr. ff.
d. R. C. L. 3. §. 1. L. 55. ff. d. obl. & action, & recte negatur
super hoc uel illo puncto, utpote tunc temporis incogni-
to fuisse transactum, etiam si clausula adjecta sit: Nil am-
plius a te petam. L. 31. C. d. Transact. Wurtens. Landr.
P. II. T. 22. §. 2. AUG. BARBOSA ad d. l. 31. MANTIC d. ta-
cit. & ambig. conuent. L. 24. n. 2. Haec clausula enim ge-
neralis de illis intelligenda, de quibus in specie transa-
ctum VINN. d. Transact. C. ult. n. 15. quod eleganti exem-
plo declarat STRYCK. d. Caut. Contr. Sect. 4. c. 3. §. 4. Si
enim de certis rebus transactum, non nocet dicta clau-
sula adjecta, sed integra omnino de reliquis causis ma-
net actio. d. L. Si de certa 31. C. d. Transact. CARD. MAN-
TICA citat. Tr. L. 26. Tit. 6. n. 2.

§. 7.

Nos in praesenti de Transactione ex falsa causa age-
 mus quam ob defectum consensus *L. si ex fals. C. d. Trans-*
 act. corruere censemus, adeo, ut nec transigentibus nec *Transitus*
 habentibus ab eis causam noceat, cum ablit consensus *ad Argu-*
 per errorem conclusus. Pariter non conualescit per *mentum.*
 actus geminationem aut repetitam approbationem, si
 haec ex eadem falsa causa superuenerit. Imo ne qui-
 dem jurata transactio eo modo contracta subsistit, cum
 juramentum tacitam habeat conditionem, quatenus non
 adest error & falsa causa. Juramentum enim uulgo tres
 B habe-

habere debet Comites: Veritatem, Justitiam & Judicium. *POSTIVS Decif. 63.*

§. VIII.

*Materiae
Sedes.*

Potissimum hanc sententiam confirmat L. 9. §. 2. ff. de Transact. *Qui per fallaciam coheredis ignorans uniuersa, quae in uero erant, instrumentum Transactionis sine Aquiliana stipulatione interposuit: non tam paciscitur quam decipitur.* Hinc BARTOL. in L. 3. *eleganter 7. in pr. ff. de dol. mal.* inquit: Dolum malum in contractibus bonae fidei operari saltem conditionalem consensum. Qui autem consensit propter dolum errat in causa consensus. Unde consensit sub quadam conditione: Si uerum est illud, propter quod inducitur ad contrahendum. Quod cum uerum non sit, facit deficere consensum. Ideo contractus est ipso jure nullus L. 9. *all.* Nec minus eandem opinionem stabilit L. 29. C. *eod.* *Sub praetextu specierum post repertarum, generali transactione finita rescindi prohibent jura.* Error autem circa proprietatem rei apud alium extra personas transigentium tempore transactionis constitutae nihil potest nocere. Ex quo textu colligitur errorem ipsarum personarum transigentium omnino conuentionem initam uitare.

§. IX.

*An solus
error sine
dolo trans-
actionem
nullam fa-
ciat. Ne-
gant hoc
multi.*

An uero solus error sine dolo transactionem facit nullam? Respondet LUDOVICI ad ff. *Tit. d. Transact. §. ult.* propter hunc rescinditur transactio, quia in omni transactione unus errat, & sic alea subest. De rebus sane liquidis atque certis non est transigendum, sed tantum de incertis ac ambiguis, solus itaque error inualidam transactionem reddere non uidetur; Nam & si nulla

res

res sit media, nihilo minus transactio subsistit, h. e. si nihil inter partes transigentes ueri debiti uertebatur, adeo ut cesset conditio indebiti, si transactionis causa quid datum, *L. 56. §. 1. ff. d. Condict. indeb.* quamuis solutum sit per errorem. *DEC. Conf. 351. Voll. II.* Porro Rescriptum Imperat. *DIOCLET. & MAXIM. in L. 20. C. d. Transact.* ubi non minorem auctoritatem transactionum quam rerum iudicatarum esse placuit, hanc in rem affertur. Denique pacta etiam ob errorem solui negant *a. l. 9. §. 2. ff. de pactis* multo minus, ut transactio per eum solum absque dolo infirmetur.

§. X.

At, his non obstantibus, sententia affirmatiua recte *Sed affirmatiua* afferitur, non modo, si error sit mutuus, sed unius etiam *defenditur* partis. Hoc enim bene considerandum quod in casibus *defenditur sententia etiam si una tantum pars erret.* dubiis error ab incertitudine maxime distinguatur. Incertitudinem transactio supponit *COSSAN. Conf. 52.* hinc rem dubiam requirit, ut uterque de futuro litis exitu sit incertus. *l. 15. ff. d. Jurisd. L. 2. pr. ff. d. Judic. L. 2. ff. d. Confess. DECIANVS Vol. 5. Resp. 83. n. 49.* Quod si una tantum pars in incertitudine uerferur, altera rem suam exacte cognitam habeat, parum a dolo aut fallacia abest, quae tamen necessario & penitus ab utraque transigentium parte remota esse debet. Error autem siue unius siue utriusque transigentium transactionem uiciat. Error enim uoluntatem excludit *d. L. 15. ff. de Jurisd. L. 116. ff. §. 2. d. R. J. L. cum aquiliana. ff. d. transact.* *ELBERT. LEONINVS Consil. 2. n. 2. p. 13.* cum uoluntas semper potior uoce dicentis & facto facientis, nedum scriptura scribentis, sit *L. Labeo in f. ff. d. suppellect. leg. ANTON. FABER in C. L.*

VI. Tit. V. Def. 1. n. 14. neque actus agentium ultra eorum intentionem quicquam operentur. *L. non omnis 19. ff. d. Reb. cred. L. si procurator. ff. d. acquir. rer. dom.* SVRD. V. I. *Conf. 5. n. 64. seq.* CEPHAL. *Consil. 308. n. 37.* HECTOR. CAPYC. LATRO *Consult. 113. n. 19.* MASCARD. *d. Probat. P. I. Concl. 641. n. 1.* MENOCH. *d. Praesumpt. Lib. 6. praesumpt. 22. num. 8.* ROSENTHAL. *d. feudis P. I. C. 6. Concl. 65.* Transigenti itaque error nihil nocet, quo minus transactione recedere possit. *L. Si post diuisionem C. d. Jur. & fact. Ignor. MODEST. PISTOR. Vol. I. Conf. 5. n. 7. seqq.* HARTMAN-
NVS PIS OR *Obs. 175. n. 7. 8.* Eadem ignorantia est ratio cum haec includat errorem. *L. 29. C. d. T.* Ideoque recte concludit HAHN. *ad WESEMBEC. f. 222.* ex errore & ignorantia initam transactionem perinde esse nullam ipso Jure. *L. 23. §. 1. d. Condict. indeb.* Quod uero de conditione indebiti mouetur dubium ad id eleganter respondet HUBERUS *in Praelect. ad ff. Tit. d. Transact. §. 6. Lib. I.* Transactionem proprie non dici posse ualere, quia sine subiecto negotio nihil est, de quo transactio praedicetur & hocce exemplo ex *L. 23. C. d. Transf. deducto* erudite illustrat.

§. XI.

Accedit, quod ex communi DD. sententia, de quo non cogitatum, de eo non transactum censeatur. *L. Si de cogitatum certa. C. d. transact. RITTERSHVS. d. differ. 7. C. & de eo non transactum. Can. p. 91. HENR. LINCK. Resp. Altorff. 84. n. 10. GABRIEL L. 1. Consil. 90. n. 43. ANTON. POTTILI Tr. d. succession. ab intestato Cap. 2. Theorem. 58. n. 3. p. 305. SCHVRRFF. Cent. 3. Conf. 10. n. 30. ZASIVS L. 1. Conf. 7. n. 19. ALEXANDER V. 2. Conf. 11.* Quantuscun-
que

que demum sit fauor transactionis in sua intentione consideratus, non aequè tantus est in extensione *HVBERS in Prael. ad Pand. Tit. d. Transact. Libr. 1. §. 11.* Transactio procedit ex consensu, consensus autem non versari potest circa illa, de quibus non cogitatur, sic ista quoque tantum referenda ad illa, de quibus cogitasse quis probabiliter uideatur. *L. 5. ff. d. Transact. L. 12. ff. eod.* Cogitasse autem non uidetur, qui ignorat *L. Si per errorem ff. de Jurisd.* Inde est, quod generalis transactio non extendatur, nisi ad cogitata. *L. 31. C. de Transact. SETSERVS de Juram. p. 193.* Stricti juris itaque sunt transactiones *ALCIATVS in Rubr. C. d. Transact. n. 15.* & non ualent nisi de his, de quibus inter partes conuenit. *L. 9. §. 1. & 2. ff. d. Transact. L. 3. C. eod. L. 35. ff. d. Pactis HARTM. PISTOR. quaest. for. L. 2. qu. 18. n. 796.* sic transactio super fideicommissio in testamento relicto non extenditur ad id, quod in Codicillo relicto est. *L. 3. §. 1. L. 12. d. Transact.* & si quis transigit, ignorans, litem, quam dubiam credebat, iam definitam esse, ipsi non nocet transactionis exceptio; ceu idem obtinet in usuris & expensis, quae non sunt in obligatione, & per se non debentur, sed officio iudicis. *GVID. PAP. quaest. 55. JOANN. BAPT. ASIN. in Praxi Judic. Ciu. §. 32. C. 2. ampliat. 12. n. 1.* Perinde, quamuis in legatis, sub nomine alimentorum etiam uestriaria, calciaria, & habitatio ueniant, in transactione tamen super alimentis facta, nihil eorum intelligitur comprehensum; *L. 8. §. 12. ff. d. Transact. BRONHORST. 1. antin. 47. Nec minus L. 135. §. f. ff. d. P. O. filiae transactio super testamento inofficioso, si de eodem ut falso postea agat, nocere dicitur, add.*

DONELLVS *ad d. L.* Eademque ex ratione interpretationis *Dd.* contendunt, transactione inter uulnerantem, uulneratamque, aut injuriam inferentem, inita, saluam nihilo minus esse, ad impensas, & id, quod interest, actionem. CHRISTINAEVS *ad L. MECHLINENS. Tit. 2. Art. 31. n. 11. MENOCH. L. III. praesumt. 114.*

§. XII.

quia
Trans-
actio ex fal-
sis Instru-
mentis
non ualet
L. pen. C.
d. Trans-
act.

Facit ad adstruendam nostram sententiam porro, quod transactio ex falsis instrumentis inita, nullam producat obligationem, scilicet, si quis falsis instrumentis inductus, transegit, quamuis iurejurando transactio fuerit firmata, nisi postmodum eadem super ipso falso quoque fuerit celebrata. *L. 4. L. 42. C. d. Transact. arg. T. T. C. si ex falsis test. uel instr. jud. MARC. Dec. 733. VINN. d. Transact. C. ult. n. 10. p. 228. D. BEYERVS ad ff. Tit. de Transact. tb. 8.* De quo quidem non adeo dubitatur, illud uero controuersum est: An ipso jure nulla sit, an uero per restitutionem in integrum rescindenda ueniat. Transactionem ex falsis Instrumentis initam ipso jure nullam uolunt GIPHAN. *ad d. L. 42. p. 73. CVJAC. in parat. C. si ex falsis Instr. WISSENBACH ad T. de Transact. tb. 25.* idque exemplo rei iudicatae obtinere contendunt *arg. L. 1. L. 2. § d. t. C. Si ex fals. Instr.* Non esse nullam, sed per restitutionem in integrum rescindendam venire statuit cum multis aliis STRAVCH. *ad ff. Diff. 26. tb. 9.* Qui huic posteriori sententiae accedunt, negant *d. Legem 2.* in qua traditur: ex integro causam audiri debere, etiam si prouocatum non sit, ad arguendam nullitatem sufficere, cum etiam restitutioni in integrum haec uerba accommodari possint. Inprimis autem urgent *cit. L. 42. ubi retra-*
cta.

tionis & repetitionis fit mentio, qua non opus est in negotiis quae ipso Jure nulla sunt. Neque minus eorum opinionem stabilit Dini Hadriani Rescriptum quod refertur *L. diuus 33. ff. de Re Jud.* cujus summa haec est: sententiam latam ex falsis testimoniis per restitutionem in integrum reuocari; ex quo inferunt idem de transactione ex falsis instrumentis inita dicendum esse. Forte parum interest utrum transactio ex falsis instrumentis facta ipso Jure nulla, an uero per restitutionem in integrum rescindenda sit, si ex usu hodierno rem aestimes. Conf. REGNER. *Disp. ad ff. T. d. Transact.* Mea certe parum refert, quam quis hic sententiam amplectatur, cum mihi sufficiat, hujusmodi transactionem non subsistere, idque ex ea ratione, quod ex falsa causa contracta censetur.

§. XIII.

Ob documenta nouiter reperta, transactionem, quae in causis priuatis fit haud rescindi, communis est Dd. *Quia Transactio ob do-*
 opinio, quam exemplo sententiae, quae in rem judicata transit, tuentur *L. cum prolati 32. L. Imperatores 35. cumenta*
L. post rem 56. ff. d. Re jud. L. sub. specie 4. C. eod. L. fratris 10. L. priuata
interposita 13. L. sub praetextu 19. L. siue apud 28. C. d. Trans. nouiter re-
 MATTH. WESENB. *in parat. §. d. Jurejurand. n. ii. JA-*
 COB CUIACIUS *L. 18. obs. 35. JO. BORCH. de Jurei. C. 8. non in*
n. 54. Omnia enim instrumenta per transactionem ue-
causa pri-
 lutu annullari uolunt, ut plane probandi ui exuantur,
 HAHN. *ad T. d. Transact. n. 7.* atque adeo quandocun-
 que reperta fuerint, non possint inuadare transactio-
 nem: SICHARD. *ad Cod. Tit. d. Transact.* Modo ad id
 ipsum negotium pertineant, de quo generaliter est trans-
 actum,

actum. *d. L. sub praetextu 19. C. d. Transact.* ceu recte sentit *Ant. FABER de Error. pragmat. Decad. 19. Error 5. n. 2. ANT. SICHARD. ad Inst. Tit. d. Action. S. item si quis postulante 11. n. 106.* Si enim ex nouiter repertis documentis, noua agendi causa desumi potest, de qua non transactum, tunc transactio non obstat, v. g. si super testamento transactum & postea Codicilli reperiantur. *LUDOVICI ad ff. T. d. Transf.* Parum ergo accurate uocem specierum *L. 29. C. d. Transact.* explicat *GODOFREDVS* per Instrumenta, rectius longe *D. BERGERVS & BRVNEM.* ad hanc *L.* generali elocutione omnes res sub illo genere contentas comprehendit autumant. Nunquam enim transactio ultra ea extenditur, quae in lite aut a paciscentibus spectata fuerunt *L. 12. ff. & L. 31. C. d. Transact.* consentit *MEVIUS P. 6. Dec. 149.* quid quod nouissime omnem omnino transactionem ob nouiter reperta instrumenta retractari posse non sine magno argumentorum apparatu asserat *JO. PETR. LVDOV. in Dissert. de Paradox. d. Jure retr. transact. nou. Instr. repert.* Quam quidem singularem *Viri Celeb.* opinionem nos nunc in medio relinquimus.

§. XIV.

In publica tamen causa rescinditur. Id certum est, ob instrumenta nouiter reperta in causa publica transactionem rescindi. Quemadmodum enim in negotio publico, instrumentis postea repertis, permittitur, ut causa ex integro post rem iudicatam rescirari possit, nec Actor exceptione rei iudicatae repellitur, *L. Imperatores 35. ff. d. Re jud. LYNCK. Resp. 128. n. 54.* ita etiam permittitur ex eadem causa eodem modo agere, non obstante transactione, ne minorem uim trans-

transactio habeat, quam res iudicata. *L. non minorem. 20. C. d. Transact.* BRUNNEM. *ad l. 16. C. d. Transact.* STRYCK. *ad LAUTERBACH. h. v. imper. Rescripto.* HUGO DONELL. *in L. sub praetextu C. d. Transact.* ECKOLDT. *ad ff. Tit. d. Transact.* conf. LYNCKER. *Anal. ad ff. p. 63.* Extendunt hoc alii ad causas Pupilli *L. 3. C. de Jure Reip.* idemque obtinere in causa fideicommissi, quod ex testamento petitur, Codicillis postea repertis *arg. L. 3. §. 1. ff. d. Transact.* asseverant ex eodem fundamento, quo controuersiae, ex testamento natae, nisi perspectis & cognitis uerbis testamenti, componi nequeunt, aliterque inita transactio eneruatur. *L. de his 6. ff. d. Trans.* quanquam & hic sufficere uideatur, si aliunde eorum, quae in testamento continentur, sufficientem notitiam transigens habuerit. STRYCK. *de C. C. Sect. III. C. 7. §. 6.* conf. GUNDLINGIUS *in Disput. inaug. de Transactione Testamenti tabulis non inspectis, Halae 1703. habita.*

§. XV.

Denotat uero causa in genere omnem utilitatem, *An causa quae occasione rei percipi potest, rubr. C. d. part. pignor. publica & omn. caus.* quarum aliae rebus ipsis insunt, aliae a rebus ipsis promanant, COLL. ARGENT. *L. 22. Tit. 1. §. 37.* Princeps hinc facile patet, quae causa pro publica sit habenda. Referuntur nimirum ad eam, quae pertinet ad Jus publicum, ad jura fisci, rem militarem, & res ciuitatum. JOANN. EMERIC. A ROSBACH. *in Practica Ciuili Tit. d. n. 39.* Sed & talis creditur esse causa, si Princeps contrahat cum subdito, de re, quae ad Remp. ad jura Prouinciae aut territoria publica spectat. Hinc communiter *Dd.* tradunt, tales transactiones nunquam

C

quam

quam officere posse Juribus Reip. Nam summus est fauor utilitatis publicae, cujus intuitu a communibus etiam regulis Juris saepe receditur, GAIL. *L. II. Obs. 56. n. 3.* ZOES. *Conf. 1. n. 23. Vol. 2.* HIPPOL. *de MARSIL. in Pract. Crim. §. aggredior. n. 61. seqq.* adeo ut & rescissio hic locum suum merito inueniat. Quae enim causa magis meretur dici publica, quam ubi de publico Ciuitatis Jure, de Salute Reip. agitur. Hujusmodi sane transactionem, quae publicam utilitatem laedit, parum abest, quin ipso Jure nullam esse dicam, etiamsi postea nova documenta non accedant, ut multo minus dubitandum sit, instrumentis nouiter repertis rescindi eam & retractari posse.

§. XVI.

*Quae sit
Transac-
tio ex fal-
sa causa
intra.*

Sed ad transactionem ex falsa causa reuertamur. Haec exprimitur in *L. 9. §. 2. ff. d. Transact.* quod sit, si quis ignoret, quae ex uero sunt. Fertur ex communi Dd. doctrina, omnibus actibus atque dispositionibus haec inesse clausula: *Rebus sic stantibus L. 38. ff. de Solut.* OCTAV. CACHERAN. *Decis. 9. n. 2.* eidemque ejusmodi tribuitur effectus, ut statu mutato mens & intentio contrahentium cesset, ALCIAT. *de praesumpt. reg. 2. praes. 16. n. 6.* ubi uero haec deficit, ibi nec ipsa dispositio uim exserere ualet, JACOB. SCHVLT. *in addit. ad Modest. PIST. P. IV. Quaest. 149. u. 28.* qui dicta multis illustrat exemplis. Certum igitur est, nullius dici valoris ea, quae ex falsa causa gesta sunt. Sic falsa causa uitiat priuilegium *L. f. C. Si contra Jus L. f. C. d. diuers. Rescript. Glossa & ibi Abbas in Cap. 6. X. de consanguinitate & Affinit. DEC. conf. 373. n. 13.* Vnio quoque ex falsa causa facta nulla redditur; Vt id probat CRAVETTA *Conf.*

Conf. 258. n. 12. Idem de dispensatione ex falsa causa respondit DECIUS *Conf.* 602. n. 16. & *Conf.* 603. n. 9. imo & iuramentum uitiatur falsa ex causa praestitum *C.* 58. d. *Reg. Jur. in 6to C.* 18. *X. d. Jurej.* Et in specie, falsam causam uitiare transactionem, casu sic emergente asseruit ANDR. BARBATIA *Conf.* 16. L. 3. Quoties enim causa uel nulla uel falsa subest, toties ex defectu materiae corrumpitur transactio, *L. 2. C. d. Transact.* BERGER. *Resp.* 214. P. I. ANGEL. CELS. *Decif.* CCCCIII. n. 8. cum errantis nullus sit consensus, *L. 15. ff. d. Jurisd.* adeo ut & iuramento confirmata rescindi possit, MENOCH. *Conf.* 96. n. 24. CARPZ. P. II. *Conf.* 35. *Def.* 2. GRATIAN. *Discept.* 789. i. 2. SVID. *Conf.* 37. n. 9. & *seqq.* quia transactio tacitam hanc habet conditionem, si res ita se habeat, prout a transigentibus se habere supponitur. DEC. *Conf.* 408. n. 7. ROLAN. *Conf.* 13. n. 29. & 30. *Lib. I.* conf. quae supra §. dicta sunt.

§. XVII.

Hanc sententiam ex generalioribus Juris principiis, *Illustratur* quae nemini errorem suum nocere, nec promissionem *ex L. 65.* ex falsa causa uolunt obligare, huc usque confirmatam *§. 1. ff. de* tuetur porro *L. 65. §. 1. ff. de Condict. indeb.* In qua Paulus *condictio-* docet: Regulariter quidem transactionem sub praetextu, quod nulla causa subfuerit, retractari non posse. Sufficienter enim, quod lis inter transigentes intercesserit. Sin autem defectus causae manifesto probari, atque *euidens* calumnia detegi possit, tunc transactionem imperfectam nullam esse, & repetitionem datorum locum habere. SCHILTER. *ad ff. Ex. 9. §. 4.* FINCKELHVS. *Disp. 9. Controu. feud. 13. ib. uaria* LUDOVICUS MOLINA *d. Just. & Jur. Tr. 2. Disp. 556. n. 17. p. 1387.* D. BERGER. P. I. *Resp.*

204. p. 352. sub n. 2. Sed & supra in definitione dictum fuit, transactionem fieri de re dubia. Ergo si tempore transactionis alicui transigentium constet, rem, de qua est controuersia, pertinere omnino ad alterum, inuvalida transactio est non solum in conscientiae foro, sed etiam in foro exteriori, quia inita transactio super eo, quod notorie indebitum, nulla est, *L. 12. L. 19. C. d. Transact. & L. 23. ff. d. Condict. indeb. CARPZ. Lib. V. Tit. 8. Resp. 66. n. 11. 12. & 13. HARTMANN. Pract. Forens. L. II. Tit. 22. n. 17. seqq.* & per calumniam obtenta creditur, *AYMON. CRAVETTA Conf. 851. n. 11.* atque ubi de calumnia apparet, ibi transactio uitiatur, *MAGONIUS Decif. 85.* Et hoc non tantum procedit, si iura certa & indubia pro dubiis uenduntur, *L. 1. ff. d. Transact.* sed etiam si lis ficta uel affectata sit. Quemadmodum enim non excusat absentia affectata, *L. 5. ff. ex quibus caus. mai.* nec impedimentum affectatum prodest, *L. 2. §. ult. ff. si quis caut.* nec alius quilibet affectatus actus attendendus, secundum *FELIN. in C. 2. X. d. Testibus. TIRAQUELL. de retractu consanguinitatis §. 35. n. 28.* sic etiam transactio de lite affectata uel ficta non gaudet suo uigore. *ANGELUS in L. 8. ff. d. Transact. CASTREN. ibid. NATTA in Consil. 543. n. 34.* Nemo enim debet ex suo dolo lucrum uel commodum consequi. *L. 12. ff. de Dolo. DECIUS in Conf. 97. n. 17.*

§. XVIII.

Si supprimentur fundamenta.

Videtur autem ille quoque sine ulla obligatione transactionem extorquere, qui aut ipse supprimit instrumenta, tanquam fundamenta transactionis, quibus inspectis res plane aliter decisa fuisset, aut aduersario subtrahit, *L. 29. C. d. Transact.* qui abscondit, & tacet quod si sciuisset

fi sciisset alter non dedisset. RICHTER. *Decis.* 87. n. 7.
 MEV. *V. I. Decis.* 146. Transactiones enim semper ita in-
 telligendae ueniunt, ne contineant iniquitatem, & altera
 pars in damno sit. *L. 2. §. f. d. Jurisd.* PAUL. de CASTRO
Conf. 205. & 285. *Vol. I.* CRAUETTA *Conf.* 294. *Col.* 14.
 MENOCH. *Conf.* 156. n. 21.

§. XIX.

Quid uero de Transactione simulata dicendum sit, si simula-
 paucis explicabimus. Contractus simulatus non est ue-
 rius contractus *L. 16. ff. d. Reg. Jur. L. 1. C. plus ual. quod reat.*
agit, sed coloratus & depictus dicitur, qui extrinsecus ap-
 paret aliquid, & intrinsecus nihil habet, ut BALDUS lo-
 quitur *in L. 23. C. Mandati.* Ex quibus recte inferitur a
 Dd. quod talis contractus ob deficientem consensum fit
 nullus, & omnia pacta, omnes clausulae & omnes renun-
 ciationes in instrumento ipso contentae, perinde sint in-
 ualidae. BERTAZZOLLI *L. II. Conf.* 437. n. 63.

§. XX.

Multo magis res indubia est, quod transactio nullo *Quod*
 gaudeat effectu, si falsa causa cum dolo alterius concur-
 rat. *L. 4. L. 19. C. d. Transact.* Dolus enim omni in nego-
 gio obser-
 tio exceptus est: BARBOS. *L. IV. C. 44. n. 1. uatur, si*
Conf. DALNER. *d. renunciat. C. 5. n. 21. e. g. si alter falsa cau-*
falsa supposita pro certis proponat, si circumueniat alte-
rum falsis asseuerationibus, si rerum olim gestarum fal-
sa commentetur circumstantias. In tali casu enim quis
non tam paciscitur quam decipitur L. 9. §. 2. ff. d. Trans-
act. L. 2. §. fin. si quis caut. CELSUS Decis. 78. n. 5. ergo &
effectu transactio destituitur, CARD. CELSUS Dec.
78. n. 8. adeo ut illa dolo facta plane nullius sit momenti.

C 3 ,

GOMEZ.

GOMEZ. LEO *Decif. 78. in Decif. diuers. Tom. II.* Quod eo procedit, ut etiam doli uitium ne juramento quidem fanetur, uti communiter a Dd. concluditur GUTIERREZ d. *Juram. confirm. P. I. c. 37. & P. III. c. 2. n. 21.* CARPZ. P. II. c. 35. *Def. 2.* HAHN ad WESENB. *Tit. d. Transact. n. 8.* non obstante regula alias famosissima: omne juramentum si non tendat in salutis aeternae dispendium, esse obseruandum, siquidem ipsum Jus Canonicum illam limitat regulam: nisi concurrat uis & dolus *C. 2. de Pact. in 6. C. 28. X. d. Jurejur.* Hinc si effectus juramentis attribuendus, praesupponendum, quod juramentum constanter habuerit suos tres comites, ueritatem, iustitiam & iudicium *c. 26. X. de Jurei.* Iudicium autem siue sufficiens deliberatio jurantis omnino deficit, si jurans ad transigendum & ad jurandum inductus deprehenditur. Cum ea, quae animi destinatione agenda, non nisi uera & certa scientia perfici possunt. *L. 76. ff. d. R. J. L. 57. ff. d. oblig. & act.* Ubi itaque constat de dolo ibi cessat juramenti obligatio. MATTH. d. AFFLIC. *Decif. Neapolit. 220.* Juramentum enim omne habet tantam conditionem si dolus absit. LYNCKER *Resp. 197. n. 10.*

§. XXI.

An trans-actio hoc in casu ipso Jure sit nulla. Est tamen controuersia inter Dd. An transactio hoc in casu ipso jure nulla sit. Et fatentur aliqui Dd. ob *L. 10. C. d. Transact.* quod in casu istius Legis, jure nulla sit, transactio propter dolum. Alii uero ita sentiunt, quod si post transactionem secuta sit acceptilatio, & per consequens liberatio per acceptilationem ad executionem transactionis, haec non reddatur ipso Jure nulla, CVRTIVS *act. d. Trans. p. 222.* Nos distinctius rem considerabimus, & quidem:

quidem: si dolus dat causam b.f. contractui, reddit eum ipso jure nullum; SICHARD. *ad L. 9. n. 5. C. d. Pact. MOLIN. d. Contract. tractat. 2. Disp. 352. seqq.* SCHNEIDEVV. *ad §. actionum Inst. d. Act. n. 24.* Si uero dolus dat causam contractui stricti juris, tunc quidem contractus ualet summo Jure, & non est ipso jure nullus, sed per actionem tamen de dolo rescinditur, *L. 36. ff. d. V. O. & L. 2. C. d. Inuitil. stip.* & hinc transactio, cui dolus causam dedit, non est ipso Jure nulla, sed per actionem de dolo rescindenda, adeo, ut si excipiatur de transactione, actor replicet de dolo, & sic rescindatur transactio ope replicationis, si autem prima actio jam perempta sit, tunc in subsidium contendatur noua scil. de dolo actione. HARTMANN. *Pract. Forens. L. II. Tit. 22. obs. 7. n. 19. uti Resp. dedit F. J. L. Mens. Decembr. 1556. ad requisitionem Curth. Willers des Jungern zu Hamburg.* Alii tamen omnem transactionem per dolum initam nullam esse censent, BERTAZZOLI. *Conf. 537. n. 4.* SCHNEIDEVV. *d. L. n. 29.* quod Jur. Can. dolus dans causam etiam Contractui stricti Juris reddat eum ipso Jure nullum, idque moribus receptum esse tradunt. WESENB. *Consil. 57. P. II. & BOCER. ad L. 23. §. 2. ff. d. R. J.* Quodsi dolus non dedit causam Contractui, sed in ipsum contractum incidit, tunc si est contractus b. f. non annullatur ipso Jure, sed propter dolum incidentem agitur ex eo contractu, ad supplendum id, in quo quis deceptus est. *L. 2. C. d. Rescind. Vend.* HARTMANN. *Pistor. L. I. Quaest. 23. n. 4.* Si uero dolus incidat in contractum stricti Juris, tum non agitur de dolo ex contractu, sed saltem doli actio uel exceptio contra decipientem

tem competit. SCHNEIDEVV. *d. l. n. 32.* Quae omnia jure ad transactionem referri & accommodari possunt.

§. XXII.

*Exceptio
liquida
elidit
transa-
ctionem
etiam in
Processu
executivo.*

Nullum quoque est dubium, quin exceptiones istae in ipso executionis actu opponi possint, FELIN. *in Cap. 12. X. d. off. & potest. Jud. delegat.* NICOL. BOER *Decis. 43. n. 1.* modo non sint altioris indaginis, CARPZ. *Lib. I. Tit. 1. Resp. VI. n. 2.* alias nunquam certa esset executio. HARTMANN. PISTOR. *P. IV. Quaest. X. n. 18. seqq.* In ipso etiam foro Sax. contra executionem paratam, exceptiones omnes admittuntur, CARPZ. *L. II. Tit. I. R. II. n. 12. 13. 18. 26.* si qua in continenti liquidae existant, h. e. quod plene & integre & modo huic Processui conueniente probentur; CARPZ. *P. I. C. 8. Def. 27.* Admittuntur v.g. exceptio erroneae promissionis, ANT. TESSAVR. *Decis. 26. n. 55.* MATTH. BERLICH. *P. I. Concl. 84. n. 62.* item exceptio restitutionis in integrum. ZANGER. *d. Except. P. III. C. 26. n. 63.* Ergo si falsa causa ex ipso instrumento transactionis aut alio guarentigiato documento appareat, & ea, quae supponuntur, pro fundamento transactionis aliter se habuisse constet, aut liquido probari possit, executiue agi nequit ex tali instrumento, cum exceptio in continenti liquida elidat transactionem etiam in Processu executivo. CARPZ. *Process. Tit. 25. Art. 6. n. 49.*

§. XXIII.

*Causa
praejudi-
cialis in
transa-
ctione
prae cete-
ris uenti-
landa.*

Imo si grauissima indicia falsorum documentorum, doli, aut erroris adsint, causa haec tanquam praepudicialis primum & ante omnia est expedienda, e.g. per inquisitionem. Inprimis in Contractu Vassalli cum domino, subditi cum Principe, ubi hujusmodi dolus speciem feloniae

niae & uiolati homagii inuoluit. Quaestio enim praejudicialis quiescere facit causam principalem, ut uulgo traditur *cap. penult. X. de ord. cognit. C. 12. inf. de sentent. ex. commun. in 6.* CRAUETT. *Conf. 253.* & antequam ad ulteriora progressus fiat, expedienda est BART. *ad L. 5. ff. de Except. Rei Jud. MARANT. in 20. Dist. judic. P. IV. & ord. Judic. pag. 78.* propter praejudicium, quod parit principali causae. *L. 2. C. d. ord. jud.*

§. XXIV.

Denique inanis est illorum cautela, qui ubi dolo malo alios ad transigendum ex falsa causa aut causa non cognita inuitarunt, dolum dolo addunt, & renunciatione doli & erroris sibi prospicere laborant. Neque enim efficax est talis renunciatio, cum renuncians non habeat istius juris uel beneficii cui renunciandum est notitiam: Juri ignorato autem nemo renuuciat *L. 19. §. ult. ff. de in off. testament.* & qui in errore justo uersatur, Jus suum remisisse non censetur *arg. L. ult. §. sine sciunt. A. C. de Furt. GUIL. L. 1. obs. 4. n. 2. & obs. 77. n. 8.* Multo minus renunciatio exceptionis doli ualeat. Dolo enim & fraudibus omnibus modis occurrendum est *L. 1. ff. d. Dolo. c. 15. X. d. Rescript.* ita ut nulla conuentione effici possit ne dolo praestetur *L. 23. ff. de R. J.* proinde nullum decipientibus praestat praesidium quod in transactione simul exceptioni doli sit renunciatum, cum dolo deceptus non renunciet, DALNER *d. Renunc. C. 5. n. 21. ibique allegati,* quia ignorat dolum uel laesionem interuenisse. *d. L. 19. CEPHAL. L. 1. Conf. 3. n. 100.* Idem sentiendum de

Renunciatio
Erroris &
Doli non ualet.

D

clau-

clausula transactionis super exceptione doli, si in ipso contractus instrumento contineatur. D. WERNHER. *obs. Select. Forens. P. I. obs. 98.* Eadem enim facilitate qua dolo quis renunciat, etiam super exceptione transigit. *L. f. S. 3. ff. d. cond. indeb. L. f. C. d. uon num. peoun.* Iniquum autem est ex dolo lucrum consequi, & iniquissimum cumulado & repetito dolo fraudem antea admisam sustinere. Sed fatis est. Sufficiant haec, si non causae, instituto saltem meo.




ULB Halle

3

005 708 540







Ph. Ch. n. 78.
Q. D. B. V.
DE
2h.

TRANSACTIONE
EX 1718 12
FALSA CAUSA

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRIOCIPE AC DOMINO
DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO
PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS SAXONICI
HEREDE ETC.
PRAESIDE

GODFR. LVDOV. MENCKEN, D.
P. P. ET FACTLTATIS JVRIDICAE H. T. DECANO
IN ACADEMIA WITTEBERGENSI
D. XXX. NOVEMB. A. MDCCXVIII.
IN AVDITORIO JCTORVM
H. L. Q. C.
PVLICE DISPVTABIT

JOHANN. GEORG. ADOLPH.
de HELDENREICH
EQV. LVSAT.

WITTENBERGAE, STANNO GERDESIANO.

